



Archivio Storico
Comune di San Gemini - TR

D.9 r

C
62/10

IULIUS II^S

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Eximie deuotionis affectus fideique constantia, quam ad nos et Romanam ecclesiam semper gessisse et in dies gereat comprobamini exposcere uidentur, ut rebus uestris et illis preestem per que statim et quieti uestrae consuli ualeat benignae ac favorabiliter annuamus. Itaque omnia et singula indulta Præuilegia immunitates libertates concessiones remissiones et gratias uobis et Coenobio uestro per sedem apostolicam et Pontifices predecessores uestris concessa, et apostolicas desuper sub quavis forma confectas litteras, necnon Capitula, statuta, ordinationes, reformationes Terræ predictæ ab auctoritate apostolica confirmata, que contra libertatem ecclesiasticam non tendant, quorum omnium et singulorum tenores, formas, et continentias, series et effectus præter hęc uolumus pro sufficienter expressis, auctoritate apostolica supradicta, que sunt in usu, tenore præter hęc confirmamus et approbamus, ac plenum robur obtinere, et perpetuo tam per legatos seu Gubernatores uestris pro tempore existentes, quam alios quoscumque inuiolabiliter obseruari debere decernimus et mandamus, suppletis omnes et singulos tam iuris quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, Declarantes quod eisdem præuilegijs et indultis non possit derogari per clausulas generales etiam habentes vim specialis derogationis nisi de illis de uerbo ad uerbum fuerit facta specialis mentio expressa. Preterea ut eo uos constantius in solita fide erga Romanam ecclesiam perseueretis, quo uos a nobis benignius tractari prospexeritis Taxam subsidij census sine affectus Camere apostolicæ per uos annuatim debito, pro medietate currentis anni liberaliter et graciosè auctoritate predicta uobis remittimus ac concedimus. Mandantes Thesaurario provincie uestræ ut pro dicto Tempore uos et Communitatem uestram non molestat nec molestari faciat occasione predicta. Vos itaque dilecti in solita fide et deuotione uestra ita perseueretis, ut quicquid de uobis confidimus exigentibus meritis uestris merito induci possimus ad ueniores uobis imposturam gratias faciendum. Dat. Romæ apud sanctum petrum sub annulo Piscatoris die xxi. februarii. Mcccc. lviij.

Pont

iii

Anno

Primo.

i Sigismundus